UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma

M.T.Ciceronis epistolarvm ad T.Pomponivm Atticvm
liber secvndvs.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

do nunq̃ deſerã,ſed etiã ſi ego ab illa deſerar,tamẽ in mea priſtina ſentẽtia ꝑmanebo . Illud
tamen velim exiſtimes,me hãc viã optimatũ poſt Catuli mortẽ nec pręſidio vllo,nec comi
tatu tenere.Nã,vt ait Rhinton,vt opinor , οἱ μὲν πάρ , οὐδέν εἰσιν ; οἷς δ' , οὐδὲν μέλει . Mi
hi vero,vt inuideãt piſcinarii nr̃i,aut ſcribã ad te alias,aut ĩ cõgreſſum nr̃m reſeruabo.a cu Piſcinarii.
ria aũt nulla me res diuellet,vl' ꝙ ita rectũ ẽ,vel ꝙ reb⁹ meis maxĩe cõſentaneũ,vel ꝙ a ſena
tu quãti ſiã,minime me pœnitet.De Sicyoniis(vt ſcripſi ad te antea)nõ multũ ſpẽi ẽ ĩ Sena
tu.nemo eſt.n.iã,q q̃rat.Quare,ſi id expectas,lõgũ ẽ:alia via, ſiqua potes,pugna.cũ ẽ actũ,ne
ꝙ aĩaduerſum eſt ad quos ꝑtineret,& raptim ĩ eã ſentẽtiã pedarii cõcurrerũt.Inducẽdi S.C. Pedarii.
maturitas nõdũ eſt,ꝙ neq; ſunt q q̃rant,& multi,partim maleuolẽtia,partim opinione ęqui
tatis delectantur.Metellus tuus eſt egregius Coſ.vnum reprehẽdo,ꝙ otium e Gallia nõ ma
gnopere nunciari gaudet.cupit credo triumphare.Hoc vellem mediocrius, cętera egregia.
Auli filius vero ita ſe gerit,vt eius conſulatus nõ conſulatus ſit,ſed Magni noſtri ὑπώπιον.
De meis ſcriptis miſi ad te gręce perfectum cõſulatum meum.eum librum L.Coſſinio dedi.
Puto te latinis meis delectari:huic autem gręco gręcum inuidere.Alii ſi ſcripſerint,mittem⁹
ad te:ſed mihi crede,ſimulatq; hoc noſtrũ legerunt,neſcio quo pacto retardantur. Nũc(vt
ad rem meam redeam).L.Papyrius Pętus,vir bonus amatorq; noſter,mihi libros eos, quos
Ser.Claudius reliquit donauit.cũ mihi per legẽ Cinciã licere capere Cincius amicus tu⁹ di-
ceret,libenter dixi me accepturũ,ſi attuliſſet.Nũc,ſi amas me,ſi te amari a me ſcis,enitere ꝑ
amicos,cliẽtes,hoſpites,libertos deniq;,ac ſeruos tuos,vt ſcheda nequa depereat.nã & grę- Scheda ne
cis his libris,quos ſuſpicor,& latinis,quos ſcio illũ reliquiſſe,mihi vehemẽter opus eſt. Ego qua peat.
autẽ quotidie magis,qđ mihi de forẽſi labore tẽporis datur,in his ſtudiis cõquieſco.per mi-
hi,per inquã gratũ feceris ſi in hoc tã diligẽs fueris,q̃ ſoles in his rebus,quas me valde velle
arbitraris.Ipſiuſq; Pęti tibi negotia cõmẽdo:de quibus tibi ille aget maximas gratias.Et, vt
iam inuiſas nos,non ſolum rogo,ſed etiam ſuadeo. Vale.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM
LIBER SECVNDVS.
M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.D.

CALENDIS Iun.eũti mihi Antiũ,& gladiatores M. Metelli cupide
relinquẽti,venit obuiã tuus puer:is mihi literas abs te,& Cõmẽta
rium Cõſulatus mei gręce ſcriptũ reddidit:in quo lętatus ſum me
aliquãto ante,de iiſdẽ rebus gręce itẽ ſcriptũ librũ L.Coſſinio ad te
perferẽdũ dediſſe.Nã ſi ego tuũ ante legiſſem,furatũ me abs te eſſe
diceres.q̃q̃ illa tua(legi eñ libẽter)horridula mihi,atq; incõpta vi
ſa ſunt.ſed tñ erant ornata hoc ipſo,ꝙ ornamẽta neglexerãt : & vt Ornata ꝙ
mulieres,ideo bene olere,quia nihil olebãt,videbant.Meus autẽ li- ſine ornatu
ber totum Iſocratis μυροθήκιον , atq; oẽis eius diſcipulorũ arculas, Olẽs bene.
ac nõnihil etiã Ariſtotelica pigmẽta cõſumpſit: quẽ tu Corcyrę,vt Myrothe-
mihi aliis literis ſignificas,ſtrictim attigiſti:poſt aũt,vt arbitror,a Coſſinio accepiſti.Quẽ ti cion.
bi ego nõ eſſem auſus mittere,niſi eũ lente,ac faſtidioſe ꝓbauiſſem.q̃q̃ ad me reſcripſit iam Ariſtot.
Rhodo Poſidonius, ſe noſtrum illud ὑπόμνημα cũ legeret,qđ ego ad eũ,vt ornatius de iiſ- pigmenta.
dem rebus ſcriberet,miſerã,nõ modo nõ excitatũ ad ſcribendũ,ſed etiã plane ꝑterritũ.Quid Hypomne
quęris?cõturbaui gręcã nationẽ:ita vulgo q inſtabãt vt darẽ ſibi qđ ornarẽt,iã exhibere mi ma.
hi moleſtiam deſtiterũt.Tu,ſi tibi placuerit liber,curabis vt & Athenis ſit,& in cęteris oppi Natio gręca.
dis Gręcię.videtur eñ poſſe aliqd noſtris rebus lucis afferre.Oratiũculas aũt & quas poſtu
las,& plures etiã mittã,quoniã quidem ea,quę nos ſcribimus adoleſcentulorũ ſtudiis excita Orationes
ti,te etiã delectant.Fuit enim mihi commodum, ꝙ in eis orationibus,quę Philippicę nomi Cice.
nantur,enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes,& ꝙ ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi Philippicę.
genere abiũxerit,vt σεμνότερός τις , καὶ πολιτικώτερος videretur curare,vt meę quoq; eſſent Refractori
oratiões,q̃ cõſulares nominarent.Quarũ vna eſt in Senatu Cal.Ian.Altera ad populũ de le olũ di.gen⁹
ge Agraria.Tertia de Othone.Quarta ꝓ Rabirio.Quinta de ꝓſcriptorũ filiis.Sexta,cũ Pro Cõſulares
uinciam depoſui in Concione.Septima,qua Catilinã emiſi.Octaua,quã habui ad populum orationes.
poſtridie,q̃ Catilina profugit.Nona in Concione,quo die Allobroges inuocarunt.Decima,
in Senatu Non.Decẽb.Sunt p̃terea duę breues,quaſi ἀποσπασμάτια legis Agrarię.Hoc totũ
σῶμα curabo vt habeas.Et quoniã te,cũ ſcripta,tũ res meę delectãt,iiſdẽ ex libris perſpicies,

& quę geſſerim,& quę dixerim. at ni popoſciſſes,ego me tibi non offerebam. Quod quęris
qd ſit,quo te accerſam,ac ſimul impeditũ te negotiis eſſe ſignificas,neqꝫ recuſas quin nõ mõ
ſi opus ſit,ſed etiã ſi velim,accurras,nihil ſane eſt neceſſe.verũtamẽ videbare mihi tempora
ꝑegrinationis cõmodius poſſe diſtribuere.nimis abes diu,ꝓ̃ſertim cũ ſis in ꝓpinquis locis:
Pulchellus neqꝫ nos te fruimur,& tu nobis cares.Ac nũc quidẽ otiũ eſt:ſed ſi paulo plus furor Pulchel
li progredi poſſet,valde te ego iſtinc excitarẽ.verũ præclare Metellus impedit, & impediet.
Quid quęris?eſt COS. φιλόπατρις, &(vt ſemp iudicaui)natura bonus.Ille autẽ nõ ſimulat,
ſed plane Tribunus pl.fieri cupit.Qua de re cũ in Senatu ageret,fregi hominẽ,& incõſtan-
tiam reprehẽdi,qui Romę Tr.Pl.ꝑeteret,cũ in Sicilia Aedilitatẽ ſępe dictitaſſet.Sed neqꝫ ma
gnoꝑe dixiſſe nobis laborandum,ꝙ nihilo magis ei liciturũ eſſet plebeio rẽp.ꝑdere, q̃ ſi
milibus eius me COS.patriciis eſſet licitũ.Iam cũ ſe ille ſeptimo die veniſſe a freto,neqꝫ ſibi
obuiam quẽq̃ ꝓdire potuiſſe,& noctu ſe introiſſe dixiſſet,in eoqꝫ ſe in cõcione iactaſſet,nihil
Interamna ei noui accidiſſe.Ex Sicilia ſeptimo die Romam,tribus horis Roma Interamnam noctu in-
troiſſe.Itẽ ante non eſſe itum obuiam,ne tum quidem,cum iri maxime debuit.Quid quęris?
hominem ꝑtulantem,modeſtum reddo,non ſolum ꝑꝑetua grauitate orationis, ſed etiam
hoc genere dictorum.Itaqꝫ iam familiariter cum ipſo cauillor etiam, ac iocor. Quinetiam
cum candidatum deducerem,is quęrit ex me,num conſueuiſſem Siculis locum gladiatori-
bus dare. negaui. At ego inquit nouos patronos inſtituam. ſed ſoror,quę tantum habeat
conſularis loci,vnum mihi ſolum ꝑedem dat. Noli inquam de vno ꝑede ſororis queri, licet
etiam alterum tollas.Non conſulare inquies dictum.fateor,ſed ego odi illam male conſula
rem.ea eſt enim ſeditioſa,ea cum viro bellum gerit,neqꝫ ſolũ cum Metello,ſed etiã cũ Fabio,
ꝙ eos mihi eſſe amicos moleſte fert.Qđ de Agraria lege quęris,ſane iã videt̃ refrixiſſe. Qꝫ
Brachio molli. me quodãmodo molli brachio de Põꝑeii familiaritate obiurgas,nolim ita exiſtimes,me mei
pręſidii cauſa cum illo cõiunctum eſſe:ſed ita res erat inſtituta,vt ſi inter nos eſſet forte ali
qua diſſenſio,maximas in rep.diſcordias verſari eſſet neceſſe:qđ a me ita pręcautum,atqꝫ ita
prouiſum eſt,non vt ego de optima illa mea ratione decederem,ſed vt ille eſſet melior,& ali
quid de populari leuitate deponeret. Quẽ de meis rebus,in quas eũ multi incitarãt,multo
ſcito glorioſius,q̃ de ſuis prędicare.Sibi enim bene geſtę,mihi conſeruatę Reipub.dat teſti-
monium.hoc facere illum mihi q̃ proſit,neſcio,reipub.certe prodeſt.Quid ſi etiã Cęſarem,
cuius nunc venti valde ſunt ſecundi,reddo meliorem?num tantum obſum reipub? Quineti
am,ſi mihi nemo inuideret,ſi omnes,vt erat ęquum,fauerent,tamen non minus eſſet ꝓban
da medicina,quę ſanaret vitioſas partes Reip.q̃ quę execaret.Nunc vero cum equitatus ille
quem ego in cliuo capitolino te ſignifero,ac principe collocaram,Senatum deſeruerit,noſtri
Digito cęl. attinge. autem Principes digito ſe cælum putent attingere,ſi mulli barbati in piſcinis ſint,qui ad ma
num accedant,alii autem negligant,nonne tibi ſatis prodeſſe videor,ſi ꝑficio vt nolint ob
Mulli barbati. eſſe,qui poſſunt?Nam Catonem noſtrum non tu amas plus,q̃ ego:ſed tamẽ ille animo opti
mo vtens,& ſumma fide,nocet interdum Reipu. Dicit enim tanq̃ in Platonis πολιτεία,non
Platonis Politia. tanq̃ in Romuli fece ſententiam.Quid verius,q̃ in iudicium venire,qui ob rẽ iudicãdã ꝑecu
niam acceꝑerit?Cenſuit hoc Cato.aſſenſit ſenatus Equiti.Curię bellum,non mihi:nam ego
Romuli fex. diſſenſi.Quid impudentius Publicanis renunciantibus?Fuit tamen retinendi ordinis cauſa
facienda iactura.reſtitit,& ꝑuicit Cato.Itaqꝫ nunc Conſule in carcere incluſo,ſępe item ſe
ditione commota,aſpirauit nemo eorum,quorum ego concurſu,itemqꝫ COSS.qui poſt me
fuerunt,remp.defendere ſolebant.Quid ergo iſtos, inquies,mercede conductos habebimus?
quid faciemus,ſi aliter non poſſumus?an libertinis,atqꝫ etiam ſeruis ſeruiamus?Sed vt tu ais
ἄλις σπουδῆς. Fauonius meã Tribum tulit honeſtius,q̃ ſuam,Luceii ꝑdidit,accuſauit Naſi
Molis q̃ Molõi &c. cam inhoneſte: ac modeſte tamẽ dixit,vt Rhodi videret̃ molis potius,q̃ Moloni oꝑeram de
diſſe.mihi,ꝙ defendiſſem,leuiter ſuccenſuit.nũc tamen ꝑetit iterum Reip.cauſa.Luceius qđ
agat,ſcribã ad te,cum Cęſarem videro,qui aderit biduo. Qꝫ Sicyonii te lędũt,Catoni,& eius
ęmulatori attribuas Seruilio.quid ea plaga,nõne ad multos bonos viros ꝑtinet?Sed ſi ita
Amalthea Cicer. placuit,laudemus,deinde in diſſenſionibus ſoli relinquamur. Amalthea mea te expectat, &
indiget tui.Tuſculanũ,& Põꝑeianum me valde delectãt,niſi ꝙ me illũ ipm vindicẽ ęris alie
ni,ęre nõ Corinthio,ſed hoc circũforaneo obruerũt.In Gallia ſꝑeramus eẽ otiũ. Prognoſtica
mea cũ oratiũculis ꝓpediẽ expecta.& tamen,quid cogites de aduẽtu tuo,ſcribe ad nos.nã mi
hi Pomponia nunciari iuſſit,te menſe Quintili Romę fore.id a tuis literis,quas ad me de ac

ceſſu tuo miſeras,diſcrepabat.Pętus,vt antea ad te ſcripſi,oẽis libros,quos frater ſuus reliq̃ſſet,mihi donauit.Hoc illius munus in tua diligẽtia poſitũ eſt.ſi me amas,cura vt cõſeruenť,& ad me ꝑferanť.Hoc mihi nil poteſt eſſe gratius.& tũ gręcos,tũ vero latinos diligenter vt cõſerues velim:tuũ eſſe hoc munuſculũ putabo.Ad Octauiũ dedi literas,cũ ipſo nil erã locutus.neq; em̃ iſta tua negotia ꝓuincialia eſſe putabam,neq; te in Decurionibus habebam,ſed ſcripſi vt debui diligenter.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVra,amabo te,Ciceronẽ noſtrũ,ei nos θεῖοι videmur.πελλωαῖον in manibus tenebã.& Hercule magnũ aceruũ Dicęarchi mihi ante ꝑdes extruxerã.O magnũ hoĩem,& a quo multo plura didiceris,q̃ de Procilio κορϊνθίων, καὶ Αθηναίων. puto me Romę habere mihi hęredes.lege te hoc doceo.mirabilis vir eſt. Ηρώδης ſi homo eſſet,eũ potius legeret,q̃ vnã literã ſcriberet,q me epiſtola ꝑtiuit:ad te,vt video,cõminus acceſſit.cõiuraſſe mallẽ q̃ reſtitiſſe cõiuratiõi,ſi illũ mihi audiẽdũ putaſſem.De lolio ſanus nõ es,de vino laudo.Sed heus tu,ecq̃d vides Cal.venire? Antoniũ nõ venire? Iudices cogi? nã ita ad me mittũt:Nigidiũ minari in cõcione ſe iudicẽ,q nõ affuerit,cõꝑllaturũ.Velim tamẽ,ſi q̃d eſt de Antonii aduẽtu q̃d audieris,ſcribas ad me:& quoniã huc nõ venis,cœnes apud nos,vtq; pridie Cal.Caue aliter facias.Cura vt valeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRimũ,vt opinor,εὐαγγέλια. Valerius abſolutꝰ eſt Hortẽſio defendẽte.id iudiciũ Attilio cõdonatũ putabať,& Epicratẽ ſuſpicor,vt ſcribis,laſciuũ fuiſſe.etem̃ mihi eius caligę,vt faſcię cretatę nõ placebãt.Quid ſit,ſciemus cũ veneris.Feneſtrarũ anguſtias ꝙ rep̃hẽdis,ſcito te κύρου παιδείαν reprehẽdere.nã cũ ego idẽ iſtuc dicerẽ,gyrus agebať,viridiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus,nõ tã eſſe ſuaueis.etem̃ ἔσω μὲν ὄψις α.τὸ δὲ ὁρώμενον β.γ.ἀκτῖνες ὃ δ.καὶ ε.vides em̃ cętera.nã ſi κατ᾽ εἰδώλων ἐμπτώσεις viderem̃ꝰ,valde laborarẽt εἴδωλα ĩ anguſtiis,nũc fit lapide illa ἔκχυσις. Cętera ſi rep̃hẽderis,nõ feres tacitũ:niſi ſi q̃d erit eiuſmodi,q̃d ſine ſumptu corrigi poſſit.Venio nũc ad mẽſem Ianuariũ,& ad ὑπόστασιν noſtrã,ac πολιτείαν,in qua σωκρατικῶς,ſed tamẽ ad extremũ,vt illi ſolebãt,τὴν ἀρέσκουσαν. Eſt res ſane magni cõſilii.nã aut fortiter reſiſtẽdũ ẽ legi agrarię,ĩ qua eſt q̃dã dimicatio,ſed plena laudis:aut q̃eſcẽdũ,q̃d eſt nõ diſſimile,atq; ire in Soloniũ,aut Antiũ:aut etiã adiuuãdũ,q̃d a me aiũt Cęſarẽ ſic ſpectare,vt nõ dubitet.Nã fuit apud me Corneliꝰ,hũc dico Balbũ Cęſaris familiarẽ.Is affirmabat illũ oĩbus in rebus meo,& Põpeii conſilio vſurũ,daturũq; operã,vt cũ Põpeio Craſſum cõiũgeret.Hic ſunt hęc.cõiũctio mihi ſumma cũ Põpeio,ſi placet etiã cũ Cęſare reditus in gratiã,cũ inimicis pax,cũ multitudine ſenectutis otium.Sed me κατάκρισις mea illa cõmouet,q̃ eſt in Libro tertio.Interea curſus,quos prima a parte iuuẽtę,Quoſq; adeo Cõſul virtute,animoq; ꝑtiſti,Hos retine,atq; auge famã,laudeſq; bonorũ.Hęc mihi cũ in eo libro,in quo multa ſunt ſcripta ἀριστοκρατικῶς,Calliope ipſa ꝑſcripſerit,non opinor eſſe dubitandum,quin ſemꝑ nobis videať εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sed hoc ambulationibus Cõpitalitiis reſeruemus.tu pridie Cõpitalia memento.Balneũ calefieri iubebo,& Põponiã(nã Terẽtia rogat)matrẽ adiũgemus. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quinti Fratris.Vale.

Epicrates. Caligę vt faſcię cretatę. Gyrus. Non feres tacitum. Cicero. verſ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FEciſti mihi ꝑgratum,ꝙ Serapionis librum ad me miſiſti:ex quo quidem ego,q̃d inter nos liceat dicere,milleſimã partẽ vix intelligo.ꝓ eo tibi p̃ſentem ꝑcuniam ſolui imꝑraui,ne tu expenſum muneribus ferres.At quoniam nummorum mentio facta eſt,amabo te,cura vt cum Tycinio quoquo modo poteris,trãſigas. Si in eo quod oſtenderat,nõ ſtat,mihi maxime placet ea,quę male empta ſunt,reddi,ſi voluntate Pomponię fieri poterit.ſi ne id quidem,nũmi potius reddantur,q̃ vllus ſit ſcrupulus.valde hoc velim,ante q̃ proficiſcare,amanter,vt ſoles,diligenterq; conficias.Clodius ergo,vt ais,ad Tigranem? velim Syrpię conditiones.ſed facile patior.accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationẽ tempus illud,cum & Quintus noſter iam,vt ſꝑramus,in otio conſederit,& iſte Sacerdos bonæ deæ cuiuſmodi futurus ſit,ſciri poſſit.Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo,immo vero etiam gaudenti,ac libenti:neq; mihi vnq̃ veniet in

Clodius Bonę deæ ſacerdos ironice.

Geographia.

Quercus Dodonęa.

mētē,Craſſo inuidere,neq; pœnitere,ꝙ a me ipſe nō deſciuerim.De Geographia dabo operā vt tibi ſatiſfaciā,ſed nihil certi polliceor.magnū opus eſt,ſed tñ,vt iubes,curabo vt hui⁹ pegrinationis tibi opus extet.Tu qcqd indagaris de rep.& maxime,quos Coſſ.futuros putes, facito vt ſciā.tametſi nimis ſum curioſus.ſtatui em̄ nihil iā de rep.cogitare.Terētię ſaltum perſpeximus.Quid q̄ris?pręter quęrcū Dodonęā nihil deſideramus,quo minus Epeirū ipſam poſſidere videamur.Nos circiter Cal.aut in Formiano erim⁹,aut in Pōpeiano.Tu ſi in Formiano nō erimus(ſi nos amas)in Pōpeianū venito.id & nobis erit periucūdū,& tibi nō ſane deuium.De muro imperaui Philotimo,ne impediret quo minus id fieret, qđ tibi videret̄:vt cenſeo, tamen adhibeas Vectium.his temporibus tam dubia vita optimi cuiuſq;,magni ęſtimo vnius ęſtatis fructum palęſtrę palatinę:ſed ita tamen,vt nil minus velim,q̄ Pomponiam & puerum verſari in timore ruinę.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Cato pro c.millibus.

CVpio equidē,& iā pridē cupio Alexādreā,reliquāq; Aegyptum viſere, & ſimul ab hac hoīm ſatietate noſtri diſcedere,& cū aliquo deſiderio reuerti. ſed hoc tēpore,& iis mittētibus Αἰδέομαι Τρῶας,καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. Quid enim noſtri optimates,ſi qui reliqui ſunt,loquētur?an me aliquo pmio de ſentētia eſſe deductū?Quid Cato ille noſter,q mihi vnus eſt p cētū millibus?Quid vero hiſtorię de nobis ad annos. DC.prędicarint? quas qdē ego multo magis vereor,q̄ eorū hominū,q hodie viuūt,rumuſculos.Sed opinor excipiam⁹, & expectemus.ſi em̄ deferetur,erit q̄dā noſtra poteſtas,& tū deliberabimus:& iā Hercule eſt in nō accipiēdo nōnulla gloria.Quare ſi qd Θεοφάνης tecū forte cōtulerit,ne omino repudiaris.De iſtis rebus expecto literas tuas,qd Arrius narret,quo animo ſe deſtitutū ferat, & qui Coſſ.parentur,vtrū(vt populi ſermo)Pōpeius,& Craſſus,an,vt mihi ſcribitur,cū Gabinio Ser.Sulpitius:& nū q̄ leges nouę,& nū quid noui oīno:& quoniā Nepos ꝓficiſcit̄,cuinā auguratus deferatur.quo quidē vno ego ab iſtis capi poſſum videre ciuitatē meā. Sed qd ego hęc,quę cupio deponere,& toto animo,atq; omī cura φιλοσοφεῖν;Sic inquā in animo,ſic vellem ab initio.Nunc vero quoniā,q̄ putaui eſſe pclara,expertus ſum q̄ eſſent inania,cū oībus Muſis rationē habere cogito.Tu tñ de Curtio ad me reſcribe certius,& nūc qs in eius locū paretur,& qd de P.Clodio fiat:& oīa quēadmodum tu polliceris, ἐπὶ σχολῆς ſcribe.Et quo die Roma te exiturū putes,velim ad me ſcribas,vt certiorē te faciā qb⁹ in locis futurus ſim: epiſtolāq; ſtatim des de his rebus,de qbus ad te ſcripſi.valde em̄ expecto literas tuas.Vale.

Rationem cū muſis habere.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Geographica Eratoſthenis.

QVod tibi ſuperioribus literis pmiſerā fore vt opus extaret huius peregrinatiōis,nihil iā magnopere cōfirmo.ſic.n.ſum cōplexus otiū,vt ab eo diuelli nō queā.Itaq; aut libris me delecto,quorū habeo Antii feſtiuā copiā,aut fluct⁹ numero.nā ad lacertas captādas tēpeſtates nō ſunt idoneę. a ſcribēdo prorſus abhorret anim⁹.etem̄ γεωγραφικὰ q̄ cōſtituerā,magnū opus eſt:ita valde Eratoſthenes,quē mihi pponuerā,a Serapione,& ab Hipparcho rephendit̄.Quid cēſes,ſi Tyrānio acceſſerit?& Hercule ſunt res difficiles ad explicādū, & ὁμοειδεῖς,nec tā poſſunt ἀνθηρογραφεῖσθαι,q̄ videbātur.& qđ caput eſt,mihi quęuis ſatis iuſta cauſa ceſſandi eſt.Quinetiā dubitē,an hic Antii cōſidā,& hoc tēpus omē cōſumā. vbi qdē ego mallem diu nimirū,q̄ Romę fuiſſe:tu vero ſapiētior Buthroti domū paraſti.ſed,mihi crede pxima eſt illi municipio hęc Antiatū ciuitas.Eſſe locū tā ppe Romā,vbi multi ſint,qui Vatinium nūq̄ viderint:vbi nemo ſit pter me,q quēq̄ ex viginti viris vnū eſſe ſaluū velit : vbi me interpellet nemo,diligāt oēs!hic hic nimirū πολιτευτέον.nā iſtic nō ſolū nō licet,ſed etiā tędet.Itaq; ἀνέκδοτα a nobis,quę tibi vni legamus,Theopompino genere,aut etiā aſperiore multo pangent̄:neq; aliud iā qcq̄ πολιτεύομαι, niſi odiſſe improbos,& id ipſum nullo cū ſtomacho,ſed potius cū aliqua ſcribēdi voluptate.Sed vt ad rē,ſcripſi ad quęſtores vrbanos de Quinti Fratris negotio.vide qd narrēt,& q̄ ſpes ſit denarii,an Ciſtophoro Pompeiano iaceamus.Pręterea de muro ſtatue,quid faciendum ſit aliud. quinetiam quando te ꝓficiſci iſtinc putes,fac vt ſciam.Vale.

Spes denarii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Geographia etiā,atq; etiā deliberauimus. Orationes a me autē duas poſtulas:quarū alterā nō libebat mihi ſcribere,quia abſciderā: alterā,ne laudarē eū,quē nō amabā: ſed id quoq; videbimus.Deniq; aliud aliqd extabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur.De Publio,quę ad me ſcribis,ſane mihi iucūda ſunt:eaq; etiā velim oībus veſtigiis indagata ad me afferas, cū venies:& interea ſcribas,ſi qd intelliges aut ſuſpicabere,& maxime de legatione quid ſit acturus.Equidē ante q̄ tuas legi literas,ī hominē ire cupiebā,nō mehercule vt differrē cū eo vadimoniū:nā mira ſum alacritate ad litigādū : ſed videbat̄ mihi ſi qd eſſet in eo populare, ꝙ plebeius factus eſſet,id amiſſurus.Quid.n.ad plebē trāſiſti?vt Tigranē ires ſalutatū?Narra mihi,Reges Armenii patricios ſalutare nō ſolēt?Quid q̄ris? acueram me ad exagitandā hāc eius legationē.quā ſi ille cōtemnit,& ſi (vt ſcribis) bilem id cōmouet,& latoribus,& auſpicibus legis Curiatę ſpectaculū egregiū.Hercule verū vt loquamur, ſubcōtumelioſe tractat̄ noſter Publius,qui cū in domo Cæſaris quōdā vnus vir fuerit,nūc ne in viginti qdē eſſe potuerit.Deīde alia legatio dicta erat,alia data eſt:illa optima ad exigēdas pecunias,Druſo,vt opinor,Piſaurenſis nebuloni Vatinio reſeruat̄. Hęc ieiuna,ac bella relegatio dat̄ ei,cuius Tribunatus ad iſtoꝝ tēpora reſeruat̄.Incende hominē, amabo te,quoad potes. Vna ſpes eſt ſalutis iſtoꝝ inter iſtos diſſenſio, cuius ego q̄dā initia ſenſi ex Curione.Iam vero Arrius conſulatū ſibi ereptū fremit.Megabrotus,& hęc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt:accedat vero,accedat etiā iſta rixa auguratus.Spero me p̄claras de iſtis reb⁹ epiſtolas ad te ſæpe miſſurū. Sed illud qd ſit ſcire cupio,qđ iacis obſcure iā etiā ex ipſis Quinqueuiris loq quoſdā.qđnā id eſt? ſi eſt em̄ aliqd,plus eſt boni,q̄ putarāt.Aq; hęc ſic velim exiſtimes,nō me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quęrere,ꝙ geſtiat animus aliquid agere in rep.iam pridē gubernare me tędebat,etiam cū licebat:nūc vero cum cogar exire de naui nō abiectis, ſed ereptis gubernaculis , cupio iſtorū naufragia ex terra intueri.Cupio,vt ait tuus amicus Sophocles, ἀκούειν ἐυκλῳ εὐδούσῃ φρενί. De muro quid opus ſit videbis.Caſtritianū mendū nos corrigemus: & tamē ad me Quintus Decelini mendum ſcripſerat:nō ad ſororē tuā HS.XXX.Terentia tibi ſalutem dicit.Cicero tibi mandat,vt Ariſtodemo idē de ſe reſpōdeas,qđ de fratre ſuo ſororis tuæ filio reſpōdiſti. De Amalthea qđ me admones,non negligemus.Cura,vt valeas.

Abſcīdere literas. Extare. Vadimoniū differre. Alacritas. Scōma in Clodium. Sanguinaria iuuēt⁹. Tralatio a naui pulchra. Mendum Caſtrit.

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

EPiſtolā cū a te auide expectarē ad veſperū,vt ſoleo,ecce tibi nūcius, pueros veniſſe Roma. voco,quęro,ecquid literarū?negāt.Quid ais inquam, nihil ne a Pōponio?perterriti voce,& vultu,cōfeſſi ſunt ſe accepiſſe, ſed excidiſſe in via.Quid q̄ris?permoleſte tuli. Nulla.n.abs te p hos dies epiſtola inanis aliqua re vtili,& ſuaui,venerat.Nūc,ſi qd ī ea ep̄la,quā ante diē. XVI.Cal.Maii dediſti,fuit hiſtoria dignū: ſcribe q̄primū,ne ignoremus:ſin nihil p̄ter iocationē,redde id ip̄m.Et ſcito Curionē adoleſcentē veniſſe ad me ſalutatū:valde eius ſermo de Publio cū tuis literis cōgruebat.Ip̄e vero mirādū in modū Reges odiſſe ſuperbos.Peręque narrabat incēſam eſſe iuuētutē,neq; hęc ferre poſſe. Bene habemus nos ſi in iis ſpes eſt,opinor, aliud agamus . Ego me do hiſtoriæ: q̄q̄,licet me Saufeiū putes eſſe: nihil me eſt inertius. Sed cognoſce itinera noſtra,vt ſtatuas,vbi nos viſurus ſis.In Formianū volumus venire Parilibus, inde (quoniā putas p̄termittēdū a nobis eſſe hoc tēpore cratera illū delegatū) Cal.Maiis de Formiano p̄ficiſcemur,vt Antii ſimus ad.V. No.Maii.Ludi.n.Antii futuri ſunt pridie Non.Maii,eos Tullia ſpectare vult:inde cogito in Tuſculanū:deinde Arpinū.Romā ad Cal.Iun. Te,aut ī Formiano,aut Antii,aut in Tuſculano,cura vt videamus.Epiſtolā ſuperiorē reſtitue nobis,& appinge aliquid noui. Vale.

Ecce tibi. Iocatio. Saufeius. Parilia. Appingere

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SVbito cum mihi dixiſſet Cæcilius quæſtor puerū ſe Romam mittere , hæc ſcripſi raptim,vt tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos,cum eos de quibus ſcribis,tum illum,quē addis,& ais longum eſſe. quę ad ea reſponderis,perſcribe.Illum vero qui nō dum habitus eſt,quem illa βοῶπις, cum ex Solonio redierit,ad te eſt relatura. Sic velim putes,nihil hoc poſſe mihi eē iucundius.Si vero quæ de me pacta ſunt,ea nō ſeruant̄,in cælo ſum,vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem,q̄ bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit,quarum expecta diuinam παλινῳδίαν . Etenim,quantum coniectura augura-

Palinodia.

Dynaſtæ. mur,erit nebulo iſte cũ iis Dynaſtis in gratia:non modo de Cynico conſulari, ſed ne de iſtis
Tritones quidem piſcinarũ Tritonibus poterit ſe iactare. non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpo
piſcinarũ. liati opibus,& illa Senatoria potentia.Sin autem ab iis diſſentiet,erit abſurdũ in nos inuehi.
verũtamen inuehatur:feſtiue,mihi crede,& minore ſonitu,q̃ putarã, orbis hic in Republica
eſt conuerſus:citius omnino q̃ potuit.id culpa Catonis.Sed rurſus improbitate iſtorum,qui
auſpicia,qui Aeliam legem,qui Iuniam,& Liciniam,qui Cæliam,& Didiam neglexerunt:qui
Tetrarchæ omnia remedia reipublicę effuderunt:qui regna,qui prædia Tetrarchis,qui immaneis pecu-
nias paucis dederunt. Video iam quo inuidia trãſeat,& vbi ſit habitatura:nihil me exiſtima-
ris,neq; vſu, neq; a Theophraſto didiciſſe,niſi breui tẽpore deſiderari noſtra illa tempora vi
deris.Etenim ſi fuit inuidioſa Senatus potentia,cum ea non ad populum,ſed ad treis homi-
nes immoderatos redacta ſit, quid etiam cenſes fore? Proinde iſti licet faciant quos volent
Strumã Conſſ.Trib.Pleb.deniq; etiam Vatinii Strumam ſacerdotii διβάφῳ veſtiant: videbis breui
dibapho tempore magnos, non modo eos qui nihil titubarunt, ſed etiam illum ipſum qui peccauit
veſtiant. Catonem.nam nos quidem,ſi per iſtum tuũ ſodalem Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus.
Si ille cogitat tantũ dũtaxat nos offendere,& qđ propriũ eſt artis huius, ἐπαγγέλλομαι ἄνδρ'
ἀπαμύνεσθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, patria propitia ſit,habet a nobis etiã ſi nõ plus q̃ debi-
tum eſt,plus certe,q̃ poſtulatũ eſt.Male vehi malo alio gubernãte,q̃ tam ingratis vectoribus
bene gubernare.Sed hæc coram cõmodius:nũc audi qđ quęris.Antium me ex Formiano re-
cipere cogito ad.V.Non.Maias.Antio volo Non.Maiis proficiſci in Tuſculanũ:ſed cũ e For
miano rediero,ibi eſſe volo vſq; ad pridie Cal.Maias.faciam ſtatim te certiorẽ. Terentia tibi
ſalutem. καὶ Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον τὸν Ἀθηναῖον.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VOlo ames cõſtantiã meã:ludos Antii ſpectare nõ placet.Eſt em̃ ὑποσόλοικον,
cum velim vitare omniũ delitiarũ ſuſpitionẽ,repente ἀναφαίνεσθαι nõ ſolũ
delicate,ſed etiã inepte peregrinantẽ. Quare vſq; ad Non. Maias te in For
miano expectabo.Nũc fac vt ſciã,quo die te viſuri ſim9.Ab Appii Foro ho
ra quarta dederã,aliã paulo ante a Tribus tabernis. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

NArro tibi plane,relegatus mihi videor,poſteaq̃ in Formiano ſum:dies enim
nullus erat,Antii cum eſſem,quo die non melius ſcirem Romæ quid agere
tur,q̃ ii, qui erant Romæ.Etenim literæ tuæ non ſolũ quid Romæ,ſed etiã
quid in republica:neq; ſolum quid fieret,verũ etiam quid futurum eſſet,in
dicabant.Nunc,niſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, ſcire nihil
poſſumus.Quare q̃q̃ iam te ipſum expecto:tamen iſti puero,quem ad me ſta
tim iuſſi recurrere,da ponderoſam aliquam epiſtolam plenam omniũ nõ modo actorum,ſed
etiam opinionum tuarum:ac diem,quo Roma ſis exiturus,cura vt ſciam.Nos in Formiano
eſſe volumus vſq; ad pridie Non.Maias:eo ſi ante eam diem non veneris, Romæ te fortaſſe
videbo.Nam Arpinum quid ego te inuitem? τρηχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης
δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.Hęc igitur,cura vt valeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NEgent illi Publiũ Trib.Pl.factũ eſſe:hoc vero regnũ eſſe,ferri nullo pacto po
teſt.emittat ad me Publius,qui obſignent, iurabo Cn.noſtrũ,collegã Balbi,
Antii mihi narraſſe in auſpicio fuiſſe. O ſuaues epiſtolas tuas vno tempore
mihi datas duas,qbus εὐαγγέλια q̃ reddã neſcio,deberi qdẽ plane fateor.Sed
vide σύγκυρμα.emerſerã cõmode ex Antio ĩ Appiã ad Treis tabernas,ipſis
Cerealibus,cũ ĩ me incurrit Roma veniẽs Curio meus, ibidẽ illico puer abs
te cum epiſtolis.Ille ex me,nihil ne audiſſem noui?ego negare.Publius,inquit,Trib.Pl.petit.
quid ais?& inimiciſſimus quidẽ Cęſaris,& vt omnia,inquit,iſta reſcindat.Quid Cęſar inquã?
negat ſe quicq̃ de illius adoptione tuliſſe. deinde ſuũ,Memmii,Metelli,Nepotis exprompſit
odiũ.Complexus iuuenem,dimiſi properans ad epiſtolas. Vbi ſunt qui aiunt ζώσης φωνῆς
μείζω ὠφέλειαν εἶναι; quãto magis vidi ex tuis lr̃is,q̃ ex illius ſermone,qđ ageret̃ de rumina-
tione quotidiana,de cogitatione Publii,de lituis βοώπιδος, de ſignifero Athenione,de lr̃is
miſſis ad Cn.de Theophanis,Mẽmiiq; ſermone.Quãtã porro mihi expectationẽ dediſti cõui
uiis tuis ἀσυνάγως,ſũ ĩ curioſitate ὀξύπεινος,ſed tũ facile patior te id ad me συμπόσιον nõ ſcri-

bere,præſentē audire malo.Qꝫ me,vt ſcribā aliquid,hortaris,creſcit mihi quidē materies,vt dicis,ſed tota res etiā nūc fluctuat καὶ ὀπώραν τραχεῖα: quę ſi deceſſerit,magis erūt iudicata quæ ſcribā:quæ ſi ſtatim a me ferre nō potueris,primus habebis,tamē id aliquādiu ſolus.Dicęarchū recte amas,lucul̄etus homo eſt,& ciuis haud paulo melior,q̃ iſti noſtri ἀδικαίαρχοι. Literas ſcripſi hora decima Cerealibus ſtatim vt tuas legerā,ſed eas erā daturus,vt putarā, poſtridie ei q mihi primus obueniſſet.Terētia affecta eſt tuis literis,& impertit tibi multum ſalutis. καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται. Imptit tibi

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FAcinus indignū,epiſtolā tibi a tribus tabernis reſcriptā ad tuas ſuauiſſimas epiſtolas,neminē reddidiſſe.At ſcito eū faſciculū,quo illā conieceram, domū eo ipſo die latū eſſe,quo ego dederā, & ad me in Formianū relatum eſſe.Itaq; tibi tuā epiſtolā iuſſi referri,ex qua intelligeres q̃ mihi tū illę gratę fuiſſent. Romæ ꝙ ſcribis ſileri,ita putabā:at Hercule in agris nō ſiletur, nec iā ipſi agri Regnū noſtrū ferre poſſunt.Si vero in hāc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην, Formias dico,qui fremitus hominū! q̃ irati animi! quāto in odio noſter amicus Magnus! cui⁹ cognomē vna cū Craſſi diuitis cognomine cōſeneſcit.Credas mihi velim, neminē adhuc offendi,qui hæc tā lente,q̃ ego fero,ferret.Quare,mihi crede, φιλοσοφῶμεν.iuratus tibi poſſum dicere,nihil eſſe tāti. Tu ſi literas ad Sicyonios habes,aduola ī Formianū, vnde nos pridie No.Maii recedere cogitamus. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

QVantam tu mihi moues expectationē de ſermone Bibuli! quātā de colloqo Βοώπιδος;quantā etiā de illo delicato cōuiuio!Proinde ita fac venias ad ſitienteis aures.q̃q̃ nihil eſt iam qđ magis timendū nobis putem,q̃ ne ille noſter Sampſiceramnus,qui cū ſe omniū ſermonibus ſentiet vapulare, & cum has actiones ἐυαναξέπης videbit,ruere incipiat.Ego autē vſq; eo ſum eneruatus,vt hoc otio,quo nūc tabeſcimus,malim φυτυραννεῖσθαι,q̃ optima ſpe dimicare.De pangendo,qđ me crebro adhortaris,fieri nihil poteſt.Baſilicam habeo nō villā frequētia Formianorū.at quā comparē Baſilicæ,niſi Tribū Aemiliā! ſed omitto vulgus.Poſt horā quartā cæteri moleſti nō ſunt.C.Arrius proximus eſt vicinus,immo ille quidē iā cōtubernalis:qui etiā ſe idcirco Romā ire negat,vt hic mecū totos dies philoſophetur.Ecce ex altera parte Seboſus ille Catuli familiaris. quo me vertā! ſtatim mehercule Arpinū irem,ni te in Formiano cōmodiſſime expectari viderē,dūtaxat ad pridie Non.Maias.Vide.n.quibus hominibus aures ſint deditę meę:occaſionem mirificā,ſi quis nūc,dū ii apud me ſunt,emere de me fundū Formianū velit.Et tamen illud probem,magnū quid aggrediamur,& multę cogitationis,atq; otii. ſed tamen ſatiſfiet a nobis,neq; parcetur labori. Vale.

Venias ad ſiti.aur.
Sampſiceramnus.
Baſilicā nō villam.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VT ſcribis, ita video non minus incerta in repu.q̃ in epiſtola tua: ſed tamen iſta ipſa me varietas ſermonū,opinionūq; delectat.Romæ enim videor eſſe, cum tuas literas lego:&,vt fit,in tantis rebus,modo hoc,modo illud audire.Illud tamen explicare non poſſum,quidnam inueniri poſſit, nullo recuſante ad facultatem agrariam.Bibuli autem iſta magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet niſi ipſius iudicium ſine vlla correctione Reipublicę! nimirum in Publio ſpes eſt,fiat fiat Trib.Pl.ſi nihil aliud, vt eo citius tu ex Epeiro reuertare. nam vt illo tu careas,non video poſſe fieri,præſertim ſi mecum aliquid volet diſputare. Sed id quidem omnino non dubium eſt,quin ſi quid erit eiuſmodi, ſis aduolaturus. Verum vt hoc non ſit,tamen ſeruet remp.præclarum ſpectaculum mihi ꝓpono,modo te conſeſſore ſpectare liceat.Cū hęc maxime ſcriberē:ecce tibi Seboſus (nondum plane ingemueram) Salue,inquit Arrius. hoc eſt Roma decedere.quos homines effugi,cū in hos incidi! Ego vero in montes patrios,& ad incunabula noſtra ꝑgam. Deniq; ſi ſolus non potuero,cū ruſticis potius,q̃ cū iis perurbanis. ita tamen, vt quoniā tu nihil certi ſcribis, in Formiano te præſtoler vſq; ad.III.Non.Maias.Terentię ꝑgrata eſt aſſiduitas tua,& diligentia,in controuerſia Muluiana:neſcit omnino te cōmunē cauſam defendere eorū q agros publicos poſſideant:ſed tamē tu aliquid publicanis ꝑndis,hæc etiā idē recuſat.Ea tibi igitur,& Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς ſalutem dicunt.

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

COenato mihi,etiam dormitanti,pridie Calē.Maias, epiſtola eſt illa reddita
in qua de agro Campano ſcribis.Quid quęris?primum,ita me pupugit, vt
ſomnū mihi ademerit:ſed id cogitatione magis,q̄ moleſtia.Cogitanti autē
hæc fere ſuccurrebant: proximū ex eo qđ ſuperioribus literis ſcripſeras,ex
familiaritate illius audiſſe prolatū iri aliquid,qđ nemo improbaret. maius
aliquid timuerā:hoc eiuſmodi mihi non videbatur.Deinde vt me ego con
ſoler,omnis expectatio largitionis agrarię in agrū Campanū videtur eſſe deriuata: qui ager
vt dena iugera ſint,non amplius hominū quinqꝫ millia poteſt ſuſtinere:reliqua omnis multi
tudo ab illis abalienetur,neceſſe eſt.Præterea,ſi vlla res eſt,quæ bonorū animos,quos iam vi
deo eſſe cōmotos,vehementius poſſit incendere,hæc certe eſt,& eo magis,ꝙ portoriis Italiæ
ſublatis,agro Campano diuiſo,qđ vectigal ſupereſt domeſticū pręter viceſimā?quæ mihi vi-
detur vna cōciuncula, clamore pediſſequoꝝ noſtrorum eſſe peritura.Cn.quidem noſter iam
plane quid cogitet neſcio.φυσᾷ γὰρ οὐ μικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ᾽ ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς
ἄτερ.qui qdē etiā iſtuc adduci potuerit.nā adhuc hoc ἐσοφίζετο , ſi leges Cæſaris probaret,
actiones ipſum pręſtare debere,Agrariā legem ſibi placuiſſe potuerit:intercedat nec ne,nihil
ad ſe pertinere.De Rege Alexandrino placuiſſe ſibi aliquando confici : Bibulus de cælo tum
ſeruaſſet,nec ne,ſibi quęrendum non fuiſſe.De publicanis voluiſſe illi ordini commodare:qc-
quid futurum fuerit,ſi Bibulus tum in forum deſcendiſſet,ſe diuinare non potuiſſe. Nūc ve
ro Sampſiceramne quid dices?vectigal ſe nobis in monte Antilibano cōſtituiſſe, agri Cāpani
abſtuliſſe.Quid hoc queadmodū obtinebis?oppreſſos vos inqt,tenebo exercitu Cæſaris. Nō
mehercule me tu quidē tā iſto exercitu, q̄ ingratis animis eorū hominū,q appellantur boni,
qui mihi nō modo p̄miorū,ſed ne ſermonū quidē vnq̄ fructū vllū,aut gratiā retulerunt. Q̄
ſi in eā me partē incitarē,profecto iam aliquā reperirē reſiſtendi viā. Nūc prorſus hoc ſtatui,
vt quoniā tanta cōtrouerſia eſt Dicęarcho familiari tuo,cū Theophraſto amico meo,vt ille
tuus τὸν πρακτικὸν βίον lōge omnibus anteponat,hic autem τὸν θεωρητικὸν, vtriqꝫ a me mos
Affatim. geſtus eſſe videatur. puto em̄ me Dicęarcho affatim ſatiſfeciſſe.Reſpicio nūc ad hāc familiā
Incumba- quæ mihi nō modo vt requieſcā permittit,ſed rep̄hēdit,quia nō ſemp quieuerim.Quare in-
mus ad. cūbamus o noſter Tite ad illa p̄clara ſtudia,& eo vnde diſcedere nō oportuit,aliquando re-
uertamur.Qđ de Quinti Fratris epiſtola ſcribis,ad me quoqꝫ fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δρά-
κων, μέσση δὲ χίμαιρα.quid dicā neſcio.Nā ita deplorat primis verſibus māſionē ſuā,vt quēuis
mouere poſſit:ita rurſus remittit,vt me roget,vt annales ſuos emendē,& edam. Illud tñ qđ
ſcribit,animaduertas velim de portorio circūuectionis:ait ſe de Coſſ.ſentētia rē ad Senatum
reieciſſe: nōdū videlicet meas literas legerat,quibus ad eū re cōſulta, & explorata p̄ſcripſerā
nō deberi. Velim ſi qui Gręci iā Romā ex Aſia de ea cauſa venerūt,videas,&(ſi tibi videbit̃)
iis demōſtres,qd ego de ea re ſentiā.Si poſſum diſcedere, ne cauſa optima ī Senatu p̄eat, ego
ſatiſfaciam publicanis. εἰ δὲ μή,(vere tecū loquar) in hac re malo vniuerſę Aſiæ,& negotiato
ribus.nā eoꝝ quoqꝫ vehemēter intereſt.hoc ego ſentio valde nobis opus eſſe. Sed tu id vide
bis.Quæſtores autē quęſo,nū etiā de Ciſtophoro dubitāt?Nam ſi aliud nihil erit,cū erimus
oīa experti,ego illud ne qdē cōtemnā.Qđ extremū eſt,te in Arpinati videbimus, & hoſpitio
agreſti accipiemus,quoniam maritimū hoc contempſiſti. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRorſus,vt ſcribis,ita ſentio:turbatur Sampſiceramnus:nihil eſt qđ nō timē
dum ſit ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι. Quid enim iſta repentina af
finitatis coniunctio? quid ager Campanus? quid effuſio pecuniæ ſignificāt?
quæ ſi eſſent extrema,tamen eſſet nimiū mali:ſed ea natura rei eſt,vt hęc ex
trema eſſe non poſſint.Quid enim eos hæc ipſa per ſe delectare poſſunt?nūq̄
huc veniſſent,niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent. Verum,vt
Oleum & ſcribis, hæc in Arpinati ad.VI. circiter Id.Maias,non defleamus,ne & opera, & oleum phi-
opera Phi- lologiæ noſtræ perierit,ſed cōferamus trāquillo animo.Dii immortales,neqꝫ tā me εὐελπιστία
lologię. conſolatur,vt antea,q̄ ἀδιαφορία , qua nulla in re tam vtor, q̄ in hac ciuili,& publica.Quin
Subinane. etiam,qđ eſt ſubinane in nobis,& non ἀφιλόδοξον,(bellum eſt enim ſua vitia noſſe) is affici-
Vitia ſua tur quadam delectatione.Solebat enī me pungere, ne Sampſiceramni merita in patriā ad an-
noſſe bellū. nos ſexcētos maiora viderentur,q̄ noſtra. Hac qdē cura certe iam vacuus eſt:ſumme etenim

ille,ſicut Phocis Curiana,ſtare videbatur.Sed hæc coram.Tu tamẽ videris mihi Romę fore Phocis Curiana.
ad noſtrum aduentum:qđ ſane facile patiar, ſi tuo cõmodo fieri poſſit.ſin vt ſcribis,ita ve-
nies,velim ex Theophane reſpicere,quonã in me animo ſit Arabarches,quę res ſcilicet ſolet Arabarches.
κατὰ τὸν κηδεμονικὸν, & ad me ab eo quaſi ὑποθήκας afferre,quemadmodũ me geram:aliquid ex
eius ſermone poterimus περὶ τῶν ὅλων ſuſpicari. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi aliquot epiſtolas tuas,ex qbus intellexi,q̃ ſuſpenſo animo, & ſollicito
ſcire aueres,quid eſſet noui. tenemur vndiq;,neq; iã quo minus ſeruiamus,
recuſamus:ſed mortẽ,& eiectionẽ,quaſi maiora timemus, q̃ multo ſunt mi-
nora.Atq; hic ſtatus,q vna voce oĩm gemitur,neq; verbo cuiuſq̃ ſubleuat̃,
σκόπος eſt,vt ſuſpicor,illis q timent vllã cuiuſq̃ largitionẽ relinquere.Vnus
loquit̃,& palã aduerſatur adoleſcẽs Curio.Huic plauſus maximi, cõſaluta- Curio.
tio forenſis perhonorifica,ſigna pterea beneuolẽtiæ pmulta a bonis imptiũtur.Fuſiũ clamo-
ribus,& cõuitiis,& ſibilis cõſectãtur.His ex rebus nõ ſpes,ſed dolor eſt maior: cũ videas vo-
lũtatẽ ciuitatis ſolutã,virtutẽ alligatã.Ac,ne forte q̃ras κατὰ λεπτὸν de ſingulis rebus,vniuer-
ſa res eo eſt deducta,ſpes vt nulla ſit,aliquãdo nõ modo priuatos, verũ etiã magiſtratus libe
ros fore.Attamen in oppreſſione,ſermo in circulis dũtaxat,& in cõuiuiis eſt liberior,q̃ fuit:
vincere incipit timorẽ dolor, ſed ita,vt oĩa ſint pleniſſima deſperationis. Habet etiã Cãpana
lex execrationẽ in cõcione candidatorũ,ſi mẽtionẽ fecerint,quo aliter ager poſſideat̃: ad quæ
vt ex legibus Iuliis nõ dubitãt iurare cæteri.Laterẽſis exiſtimat̃ recte feciſſe,q Trib.pl.petere
deſtitit,ne iuraret.Sed de rep.nõ libet plura ſcribere: diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo
dolore.Me tueor,vt oppreſſis oĩbus,nõ demiſſe:vt tãtis rebus geſtis,parũ fortiter.A C.Cæ-
ſare valde liberaliter inuitor in legationẽ illã,ſibi vt ſim legatus,atq; libera legatio voti cau
ſa datur. Sed hæc & pſidii apud pudorẽ Pulchelli nõ habet ſatis,& a fratris aduẽtu me able
gat:illa & munitior eſt, & non impedit,quo minus adſim cum velim,& hanc ego teneo, ſed
vſurũ me nõ puto.neq; tñ ſcit quiſq̃. nõ libet fugere,aueo pugnare,magna ſunt hominũ ſtu
dia.Sed nihil affirmo,tu hęc ſilebis.De Stathio manumiſſo,& nõnullis aliis reb[9],angor equi
dem,ſed iam prorſus occallui:tu vellem ego,& cuperẽ,adeſſes:nec mihi cõſiliũ,nec cõſolatio
deeſſet.ſed ita te para,vt ſi inclamaro,aduoles. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

MVlta me ſollicitant,& ex reip.tãto motu,& ex his periculis quæ mihi ipſi in
tẽdũtur,& ſexcẽta ſunt. ſed mihi nil eſt moleſtius,q̃ Stathiũ manumiſſum:
nec meũ imperiũ,omitto imperiũ,nõ ſimultatẽ meã reuereri ſaltẽ.Nec quid
faciã,ſcio:neq; tãtũ eſt in re,quãtus eſt ſermo.Ego aũt ne iraſci poſſum qdẽ
iis,quos valde amo:tãtũ doleo,ac mirifice quidẽ.Cętera ĩ magnis reb[9],minę
Clodii,cõtẽtioneſq;,q̃ mihi pponũtur,modice me tãgũt. etenim vel ſubire
eas videor mihi ſumma cũ dignitate,vel declinare nulla cũ moleſtia poſſe. Dices fortaſſe,di
gnitatis ἅλις τᾶς δρυός. ſaluti,ſi me amas,cõſule.Me miſerũ,cur nõ ades?nihil te pfecto p-
teriret.Ego fortaſſe τυφλώττω, &:nimiũ τῇ καλῷ προσπέπονθα. Scito nil vnq̃ fuiſſe tam inſa
me,tã turpe,tã deniq; oĩbus generibus,ordinibus,ætatibus offenſum,q̃ hũc ſtatũ, q nũc eſt.
magis mehercule,q̃ vellẽ,nõ modo q̃ putarã.Populares iſti iam etiã modeſtos hoĩes ſibilare
docuerũt.Bibulus in cęlo eſt,nec quare,ſcio,ſed ita laudat̃,quaſi Vnus homo nobis cũctãdo Bibulus in
reſtituit rẽ.Põpeius noſtri amore,qđ mihi ſummo dolori eſt,ipſe ſe afflixit:neminẽ timet:vo cęlo eſt.
lũtate,an metu neceſſe ſit iis vti,vereor.Ego aũt neq; pugno cũ illa cã ppter illam amicitiã:
neq; approbo,ne oĩa improbẽ,q̃ antea geſſi.vtor via populi.ſenſus maxime in theatro,& ſpe Vtor via
ctaculis pſpectus eſt.Nã gladiatorii,qua dominus,qua aduocati,ſibilis cõſciſſi.Ludis Apolli populi.
naribus,Diphilus Tragœdus in noſtrũ Põpeiũ petulãter inuect[9] eſt. Noſtra miſeria tu es ma Diphili in
gnus.millies coactus eſt dicere. Eãdẽ virtutẽ iſtã veniet tẽpus,cũ grauiter gemes.toti[9] thea Põpeiũ di-
tri clamore dixit,itẽq; cętera.Nã & eiuſmodi ſunt ii verſus,vti ab inimico Põpeii in tẽpus cteria.
ſcripti eſſe videant̃. Si neq; leges,neq; mores cogũt.& cętera magno cũ fremitu,& clamore
ſunt dicta.Cæſar cũ veniſſet mortuo plauſu,Curio filius eſt ĩſecutus,Huic ita plauſum eſt,
vt ſalua rep.Põpeio plaudi ſolebat.Tulit Cęſar grauiter,literę Capuã ad Põpeiũ volare dice
bant̃.Inimici erãt eqtibus,q Curioni ſtãtes plauſerãt,hoſtes oĩbus. Roſciæ legi etiã frumen Lex fru.
tarię minitabant̃:ſane res erat pturbata.Equidẽ maluerã,qđ erat ſuſceptum ab illis,ſilentio

trãſire:ſed vereor ne nõ liceat,nõ ferũt homines qđ videt̃ eſſe tñ ferẽdũ.Sed eſt iam vna vox
omniũ magis odio firmata,q̃ pſidio.Noſter aũt Publius mihi minitat̃,inimicus eſt, impẽdet
negotiũ,ad qđ ſcilicet tu aduolabis.videor mihi nr̃m illũ cõſularẽ exercitũ bonorũ oĩm, etiã
ſatis bonorũ habere firmiſſimũ.Pompeius ſignificat ſtudiũ erga me nõ mediocre,idem affir-
mat verbũ de me illũ nõ eſſe facturũ.in quo non me ille fallit,ſed ipſe fallitur. Coſconio mor
tuo,ſum in eius locũ inuitatus.id erat vocari in locũ mortui.nil me turpius apud homines
fuiſſet,neq; vero ad iſtã ipſam ἀσφάλειαν quicq̃ alienius.Sũt enim illi apud bonos inuidioſi.
ego apud improbos meã retinuiſſem inuidiã,alienã aſſumpſiſſem. Cæſar me ſibi vellet eſſe le
gatũ: honeſtior hæc declinatio periculi,ſed ego hoc nõ repudio.Quid ergo eſt?pugnare ma
lo,nil tamẽ certi.Iterũ dico,vtinã adeſſes:ſed tamẽ,ſi erit neceſſe,arceſſemus.Quid aliud?qđ?
hoc opinor,certi ſumus periſſe omnia.Quid eñ ἀκκιζόμεθα tã diu?Sed hæc ſcripſi properãs,
& mehercule timide.Poſthac ad te,aut ſi p fidelem habebo cui dem, ſcribã omnia plane: aut
ſi obſcure ſcribã,tu tamen intelliges.In his epiſtolis me Lælium,te Furium faciã:cætera erũt
ἐν αἰνίγμασι. Hic Cæciliũ colimus,& obſeruamus diligẽter.Edicta Bibuli audio ad te miſſa,
is ardet dolore,& ira noſter Pompeius. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ANicato,vt te velle intellexeram,nullo loco defui. Numeſtium ex literis tuis
ſtudioſe ſcriptis,libẽter in amicitiã recepi.Cęciliũ qbus rebus poſſum tueor
diligenter.Varro ſatiſfacit nobis.Põpeius amat nos,charoſq; habet. Credis
Pragmatici. inquies?credo, prorſus mihi pſuadet: ſed quia,vt video, pragmatici homi-
nes omnibus hiſtoricis pceptis,verſibus deniq; cauere iubent,& vetãt crede
re,alterũ facio,vt caueã:alterũ,vt nõ credã,facere nõ poſſum. Clodius mihi
adhuc denũciat periculum.Pompeius affirmat,nõ eſſe periculũ.adiurat,addit etiã ſe prius oc
ciſum iri ab eo,q̃ me violatum iri.Tractatur res ſimul, & ſi quid erit certi,ſcribã ad te:ſi erit
pugnandũ,arceſſam ad ſocietatẽ laboris, ſi quies dabitur,ab Amalthea te nõ cõmouebo. De
rep.breuiter ad te ſcribã.iam.n.charta ipſa ne nos prodat,pertimeſco . Itaq; poſthac,ſi erunt
mihi plura ad te ſcribẽda, ἀλληγορίαις obſcurabo.Nũc quidẽ nouo quodã morbo ciuitas mo-
ritur,vt cũ oẽs ea quæ ſunt acta,improbent,querãtur,doleãt,varietas in re nulla ſit,aperteq;
loquantur,& iam clare gemant: tamẽ medicina nulla affertur. neq; eñ reſiſti ſine internecio
ne poſſe arbitramur : nec videmus q finis cedendi pter exitium futurus ſit.Bibulus hominũ
admiratione,& beneuolentia in cęlo eſt: edicta eius,& cõciones deſcribũt,& legũt. nouo quo
dã genere in ſummã gloriã venit:populare nũc tã nil eſt,q̃ odiũ populariũ.Hæc quo eruptu
ra ſint ,timeo:ſed ſi diſpicere qđ cœpero,ſcribã ad te apertius: tu ſi me amas tãtũ,quãtũ pfe-
cto amas,expeditus facito vt ſis:ſi inclamaro, vt accurras:ſed do operã,& dabo,ne ſit neceſſe.
Qđ ſcripſerã te Furiũ ſcripturũ,nil neceſſe eſt tuũ nomẽ mutare:me faciã Lęliũ,& te Atticũ,
Diodori Stoici mors. neq; vtar meo chirographo,neq; ſigno,ſi modo erũt eiuſmodi literæ,quas in alienũ incidere
nolim.Diodorus mortuus eſt,reliquit nobis HS.fortaſſe centies.Comitia Bibulus cũ Archi
lochio edicto ĩ ante diẽ.XV.Cal.Nouemb.diſtulit. A Vibio libros accepi.Poeta ineptus,nec
Deſcribo. tamen ſcit nihil,ſed eſt non inutilis.deſcribo,& remitto. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Subtiliter. DE rep.quid ego tibi ſubtiliter ſcribã?tota periit:atq; hoc eſt miſerior, q̃ reli
quiſti,ꝙ tũ videbat̃ eiuſmodi dominatio ciuitatẽ oppreſſiſſe, quæ iucunda
eſſet multitudini,bonis autẽ ita moleſta,vt tñ ſine pernicie.nũc repẽte tãto
in odio eſt oĩbus,vt quorſum eruptura ſit,horreamus.Nã iracũdiã,atq; in
tẽperãtiã illoꝝ ſumus experti,qui Catoni irati,omnia perdiderũt:ſed ita le-
nibus vti videbant̃ venenis,vt poſſe videremur ſine dolore interire.Nũc ve
ro ſibilis vulgi,ſermonibus honeſtoꝝ,fremitu Italię vereor ne exarſerit.Eqdẽ ſperabã,vt ſępe
etiã tecũ loqui ſolebã,ſic orbẽ reipu.eſſe cõuerſum, vt vix ſonitũ audire, vix impſſam orbitã
videre poſſem⁹:& fuiſſet ita,ſi hoĩes trãſitũ tẽpeſtatis expectare potuiſſent:ſed cũ diu occulte
ſuſpiraſſent,poſtea iã gemere,ad extremũ vero loqui oẽs,& clamare cœperũt.Itaq; ille noſter
amicus inſolens infamię,ſemp in laude verſatus,circũfluens gloria,deformatus corpore, fra-
ctus animo,quo ſe conferat,neſcit.Progreſſum præcipitẽ,inconſtantẽ reditũ videt,bonos ini
micos habet,improbos ipſos nõ amicos.Ac vide mollitiem animi, nõ tenui lachrymas,cum
illum ante.VIII.Cal.Sextil.vidi de edictis Bibuli concionantẽ,qui ante ſolitus eſſet iactare ſe

magnificentiſſime illo in loco,ſummo cū amore populi,cūctis fauētibus,vt ille tum humilis,
vt demiſſus erat,vt ipſe etiā ſibi,nō iis ſolū qui aderant,diſplicebat. O ſpectaculū vni Craſſo
iucūdum,cæteris nō item:nā quia deciderat ex aſtris,lapſus potius,q̄ progreſſus videbatur. Dec.ex aſt.
Et vt Apelles,ſi Venerem,aut ſi Protogenes Hialyſium illū ſuū cœno oblitū videret,magnū Ven.Apel.
credo acciperet dolorē:ſic ego hūc omnibus a me pictum,& politū artis coloribus, ſubito de Hialyſius
formatū,nō ſine magno dolore vidi.q̄q̄ nemo putabat propter Clodianū negotiū,me illi ami Protog.
cum eſſe debere:tamē tātus fuit amor,vt exhauriri nulla poſſet iniuria.Itaq; Archilochia in Amor.
illū edicta Bibuli populo ita ſunt iucūda,vt eū locū vbi proponūtur, præ multitudine eorū
qui legunt,tranſire nequeamus:ipſi ita acerba,vt tabeſcat dolore:mihi mehercule moleſta,q̄
& eū quē ſemper dileximus,excruciant:& timeo,tā vehemens vir, tāq; acer in foro, & tā in-
ſuetus contumelię,ne omni animi impetu dolori,& iracūdię pareat.Bibuli qui ſit exitus fu-
turus,neſcio:vt nūc ſeſe habet,admirabili gloria eſt:qui cum comitia in mēſem Octob.diſtu
liſſet,q̄ ſolet ea res populi volūtatem offendere, putarat Cæſar oratione ſua poſſe impelli cō
cionem,vt iret ad Bibulum:multa cū ſeditioſiſſime diceret,vocē exprimere nō potuit.Quid
quęris?ſentiunt ſe nullam vllius partis volūtatem tenere,eo magis vis nobis eſt timenda.Clo
dius inimicus eſt nobis.Pompeius confirmat eum nil eſſe facturum contra me:mihi periculo
ſum eſt credere,ad reſiſtendū me paro,ſtudia ſpero me ſumma habiturū omniū ordinū.Te cū
ego deſidero,tum vero res ad tēpus illud vocat:plurimū conſilii,animi,præſidii deniq; mihi
ſi te ad tempus videro,acceſſerit.Varro ſatis mihi facit.Pompeius loquitur diuinitus, ſpero
nos aut certe cū ſumma gloria,aut etiā ſine moleſtia eē diſceſſuros. Tu quid agas,quēadmo
dum te oblectes,quid cum Sicyoniis egeris,vt ſciam,cura. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVam vellē Romę māſiſſes,qđ egiſſes profecto,ſi hæc fore putaſſemus: nam
Pulchellū noſtrū facillime teneremus:aut certe qđ eſſet facturus,ſcire poſſe Pulchellus
mus: nūc ſe res ſic habet,volitat,furit,nil habet certi,multis denunciat,qđ
ſors obtulerit,id acturus videt̃. Cū videt quo ſit in odio ſtatus hic rerū,in
eos q hęc egerūt,impetū facturus videt̃.cū autē rurſus opes,& vim exercit9
recordat̃,conuertit ſe in nos.Nobis aūt ipſis,tū vim,tū iudiciū minitat̃.Cū
hoc Pōpeius egit,& vt ad me ipſe referebat (aliū.n.habeo neminē teſtē) vehementer egit,cū
diceret in ſumma ſe perfidiæ,& ſceleris infamia fore,ſi mihi periculū procrearetur ab eo,quē
ipſe armaſſet,quē Plebeiū fieri paſſus eſſet:ſed fidē recepiſſe,& ipſum,& Appiū de me:hanc ſi
ille nō ſeruaret,ita laturum,vt omnes intelligerēt,nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Antiquius
Hæc in eā ſententiā cū multa dixiſſet,aiebat illum primū ſane diu multa contra:ad extremū
autē manus dediſſe,& affirmaſſe nil ſe cōtra eius volūtatem eſſe facturū. ſed poſtea tamē ille
nō deſtitit de nobis aſperrime loqui:qđ ſi non faceret,tamē ei nihil crederemus, atq; omnia,
ſicut facimus,pararemus.Nūc ita nos gerimus,vt ī dies ſingulos,& ſtudia in nos hominū,&
opes noſtrę augeātur.Rēpu.nulla ex parte attingimus,in cauſis,atq; ī illa opera noſtra forēſi
ſumma induſtria verſamur:qđ egregie nō modo iis qui vtūtur opera,ſed etiā in vulgus gra
tū eſſe ſentimus:domus celebratur,occurritur,renouatur memoria conſulatus,ſtudia ſigni-
ficātur,in eā ſpem adducimur,vt nobis ea cōtētio q̄ impēdet,interdū nō fugiēda videat̃.Nūc
mihi & cōſiliis opus eſt tuis,& amore,& fide:quare aduola,expedita mihi erūt oīa,ſi te habe
bo.Multa p̄ Varronē noſtrū agi poſſunt,quæ te etiam vrgente erūt firmiora : multa ab ipſo
Publio elici,multa cognoſci,quæ tibi occulta eſſe nō poterūt.multa etiā, ſed abſurdū eſt ſin-
gula explicare,cum ego te requiram ad omnia.Vnū illud tibi perſuadeas velim,omnia mihi
fore explicata,ſi te videro,ſed tātū eſt in eo,ſi ante q̄ ille meat magiſtratū . Puto Pompeium
Craſſo vrgente,ſi tu aderis,qui p̄ βοώπιδα ex illo ipſo intelligere poſſis,qua fide ab illis aga
tur,nos aut ſine moleſtia,aut certe ſine errore futuros.Precibus noſtris, & cohortatione nō
indiges,quid mea volūtas,quid tēpus,quid rei magnitudo poſtulet,intelligis.De Repu.nihil
habeo ad te ſcribere,niſi ſummū odiū omniū hominū in eos,qui tenēt omnia:mutationis ta
men ſpes nulla: ſed qđ facile ſentias,tędet ipſum Pōpeiū,vehemēterq; pœnitet. nō prouideo
ſatis,quem exitum futurum putem:ſed certo videntur hæc aliquo eruptura. Libros Alexan Alex.poeta
dri negligentis hominis,& non boni poetæ,ſed tamen non inutilis tibi remiſi.Numeriū Nu malus.
meſtium libenter accepi in amicitiam,& hominem grauem,& prudentem,& dignū tua com
mendatione cognoui. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NVnq̃ ante arbitror te epiſtolam meam legiſſe,niſi mea manu ſcriptam:ex eo
colligere poteris quãta occupatione diſtinear.Nam cũ vacui tẽporis nil ha-
Ambulans dictaui. berem,& cũ recreãdę voculæ cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare,hæc dictaui
ambulans.Primũ igitur illud te ſcire volo, Sampſiceramnũ noſtrũ amicũ ve
hementer ſui ſtatus pœnitere,reſtituiq; in eũ locũ cupere,ex quo decidit,do
loreq; ſuũ imptire nobis, & medicinã interdũ aperte q̃rere, quã ego poſſem
inuenire nullã.Deinde oẽs illius partis auctores,ac ſocios,etiã nullo aduerſario cõſeneſcere.
Conſenſionẽ vniuerſoꝝ,nec volũtate,nec ſermone maiorẽ vnq̃ fuiſſe.Nos autẽ,nã id te cupe
re certo ſcio,publicis cõſiliis nullis interſumus,totoſq; nos ad forenſem operã,laboreq; cõtu
limus : ex quo,qđ facile intelligi poſſit, in cõmemoratione earũ rerũ quas geſſimus,deſide-
rioq; verſamur.Sed βοώπιδος noſtri conſanguineus nõ mediocreis terrores iacit,atq; denũ
ciat,& Sampſiceramno negat,cæteris ꝓ ſe fert,& oſtentat.Quamobrẽ ſi me amas tãtũ,quãtũ
Si dormis &c.nota auxeſin. profecto amas, ſi dormis,expergiſcere. ſi ſtas,ingredere. ſi ingrederis,curre. ſi curris,aduola.
Credibile nõ eſt,quãtũ ego in conſiliis,& prudentia tua,qđq; maximũ eſt, quantũ in amore,
& fide ponã.Magnitudo rei longam orationẽ fortaſſe deſiderat,coniũctio vero noſtroꝝ ani-
moꝝ breuitate contẽta eſt:permagni noſtra intereſt,te ſi comitiis non potueris,at declarato
illo,eſſe Romæ.Cura vt valeas,mi ſuauiſſime Attice.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TVas Numeſtio literas dedi:ſic te his euocabã, vt nihil acrius,neq; ĩcitatius
fieri poſſet. Ad illã celeritatẽ adde etiã ſi qd potes,ac ne ſis perturbatus.no-
Amor. ui em̃ te,& nõ ignoro,q̃ ſit amor oĩs ſollicitus,atq; anxius.Sed res eſt,vt ſpe
ro,nõ tã exitu moleſta,q̃ auditu.Vectius ille noſter iudex Cæſari, vt perſpi
cimus, pollicitus eſt, ſeſe curaturũ, vt in aliquã ſuſpitionẽ facinoris Curio
filius adduceretur.Itaq; in ſinu,atq; in familiaritate adoleſcẽtis, & cũ eo vt
res indicat,ſæpe cõgreſſus eſt.Rem in eũ locũ adduxit,vt diceret ſibi certũ eſſe cũ ſuis ſeruis
in Põpeiũ impetũ facere,eũq; occidere: hoc Curio ad patrẽ detulit:ille ad Pompeiũ:res dela-
ta ad Senatũ eſt.Introductus Vectius,primo negabat ſe vnq̃ cũ Curione retuliſſe,neq; id ſa-
ne diu. Nã ſtatim fidem publicã poſtulauit, reclamatũ eſt:tũ expoſuit manũ fuiſſe iuuẽtutis
duce Curione,in qua Paulus initio fuiſſet,& C.Cepio,& Brutus,& Lentulus Flaminis filius
conſcio patre:poſtea C.Septimiũ ſcribã Bibuli pugionẽ ſibi a Bibulo attuliſſe. qđ totũ irri-
ſum eſt:Vectio pugionẽ defuiſſe,niſi ei Conſul dediſſet.Eoq; magis id eiectũ eſt,ꝙ ad.III.Id.
Maii Bibulus Põpeiũ fecerat certiorẽ,vt caueret inſidias,in quo ei Põpeius gratias egerat.In
troductus Curio filius,dixit ad ea quæ Vectius dixerat,maximeq; in eo,tum quidẽ Vectius
eſt rephenſus,ꝙ dixerat adoleſcentũ conſiliũ,vt in foro cũ gladiatoribus Gabinii Pompeium
Senatuſcõ. adorirẽtur,in eo principẽ Paulũ fuiſſe,quẽ conſtat eo tẽpore in Macedonia fuiſſe. Fit S.C.vt
in Vectiũ. Vectius,ꝙ confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe,in vincula coniiceretur:qui eum emiſiſſet,cõtra
rẽpublicam eſſe facturũ. Res erat in ea opinione,vt putarẽt id eſſe actum,vt Vectius in foro
cum pugione,& item ſerui eius comphenderentur cum telis:deinde ille ſe diceret indicatu-
rum.Idq; ita actum eſſet,niſi Curiones rem ante ad Pompeiũ detuliſſent,tum S.C.in cõcione
recitatũ eſt.Poſtero autẽ die Cæſar,is qui olim cũ prætor eſſet,Q.Catulum ex inferiore loco
iuſſerat dicere,Vectiũ in roſtra produxit,eũq; in loco conſtituit,quo Bibulo Cos.aſpirare nõ
liceret.Hic ille oĩa q̃ voluit de rep.dixit,vt q illuc factus,inſtitutuſq; veniſſet.Primũ Cepionẽ
de oratione ſua ſuſtulit, quẽ in Senatu acerrime nominarat,vt appareret noctẽ,& nocturnã
depcationẽ interceſſiſſe.Deinde quos in Senatu ne tenuiſſima quidẽ ſuſpitione attigerat,eos
noĩauit.Lucullũ,a quo ſolitũ eſſe ad ſe mitti C.Fanniũ illũ,q in P.Clodiũ ſubſcripſerat,L.Do
mitiũ,cui⁹ domũ cõſtitutã fuiſſe vnde eruptio fieret. me nõ noĩauit: ſed dixit cõſularẽ diſer
tũ vicinũ Cos.ſibi dixiſſe,Halam Seruiliũ aliquẽ,aut etiã Brutũ opus eẽ reperiri. Addidit ad
extremũ,cũ iã dimiſſa cõcione reuocatus a Vatinio fuiſſet,ſe audiſſe ex Curione his de reb⁹
cõſciũ eſſe Piſonẽ generũ meũ, & M.Laterẽſem.Nũc reus erat apud Craſſum diuitẽ Vectius
de vi:& cũ eſſet damnatus,erat iudiciũ poſtulaturus.Qđ ſi impetraſſet,iudicia fore videban
tur: ea nos,vtpote q nihil cõtemnere ſolemus, nõ ptimeſcebamus.Hominũ qdẽ ſumma erga
nos ſtudia ſignificabant: ſed prorſus vitę tędet,ita ſunt oĩa oĩm miſeriarũ pleniſſima. Modo
†eã,quã. cędẽ timueramus,quã oratio fortiſſimi ſenis Q.Cõſidii diſcuſſerat:† ea, quã quotidie time-

re potueramus,ſubito exorta eſt.Quid queris?nil me infortunatius,& Catulo,cū ſplēdore vite,tum hoc tēpore.Nos tñ in iis etiā miſeriis erecto animo,& minime perturbato ſumus,honeſtiſſimeq; & dignitatem noſtram magna cura tuemur. Pōpeius de Clodio iubet nos eſſe ſine cura,& ſummā in nos beneuolētiā omni oratiōe ſignificat. Te habere cōſiliorū auctorem,ſollicitudinū ſociū,omni in cogitatione cōiūctū cupio.Quare,vt Numeſtio mādaui,tecū vt ageret,itē atq; eo ſi pōt acrius te rogo,vt plane ad nos aduoles.reſpiraro,ſi te videro. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm aliquē apud te laudaro tuorū familiariū, volā illū ſcire ex te me id feciſſe, vt nup me ſcis ſcripſiſſe ad te de Varrōis erga me officio,te ad me reſcripſiſſe eā rē ſūmæ tibi voluptati eē,ſed ego mallē ad illū ſcripſiſſes mihi illū ſatiſfacere.mirabiliter em̄ morat⁹ eſt ſicut noſti ἐλίκτα κοὐ οὐδέν.ſed nos tenemus p̄ceptū illud τὰς τῶν κρατόντων.At Hercule alter tuus familiaris Hortēſius,q̃ plena manu,q̃ ingenue,q̃ ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtu- Hortēſius.
lit,cū de Flacci p̄tura,& de illo tēpore Allobrogū diceret.Sic habeto,nec amātius, nec honorificentius,nec copioſius potuiſſe dici.ei te hoc ſcribere a me tibi eſſe miſſum,ſane volo.Sed quid tu ſcribas?quē iam ego venire,atq; adeſſe arbitror. Ita em̄ egi tecū ſuperioribus literis,valde te expecto,valde deſidero:neq; ego magis,q̃ ipſa res,& tempus poſcit.His de negotiis,quid ſcribā ad te,niſi idem qđ ſępe? rep. nil deſperatius:his quorū opera, nihil maiore odio. Nos,vt opinio,& ſpes,& coniectura noſtra fert, firmiſſima beneuolentia hominū muniti ſumus.Quare aduola,aut expedies nos omni moleſtia,aut eris particeps. Ideo ſum breuior, ꝙ vt ſpero,coram breui conferre,quę volumus,licebit. Vale.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER TERTIVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm antea maxime noſtra intereſſe arbitrabar te eſſe nobiſcum:tum vero,vt legi rogationē,intellexi ad iter,qđ conſtitui,nil mihi optatius cadere poſſe,q̃ vt me q̃primū cōſequare: vt cū ex Italia profecti eſſemus,ſiue per Epeirum iter eſſet faciundū,tuo tuorūq; p̄ſidio vteremur,ſiue aliud quid agendū eſſet, certū conſilium de tua ſententia capere poſſemus.Quamobrē te oro,des operam,vt me ſtatim cōſequare.facilius potes,quoniam de prouincia Macedonia perlata lex eſt.Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ITineris noſtri cauſa fuit, ꝙ non habebā locū, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem,q̃ in fundo Siccę,p̄ſertim nondū rogatione correcta: & ſimul itelligebam,ex eo loco ſi iter haberē,poſſe me Brunduſium referre: ſine te autē non eſſe nobis illas parteis tenēdas propter Antoniū. Nūc, vt ad te antea ſcripſi,ſi ad nos veneris,cōſiliū totius rei capiemus.iter eſſe moleſtum ſcio,ſed tota calamitas omneis moleſtias habet.Plura ſcribere non poſſum,ita ſum animo Calamitas.
perculſo,& abiecto.Cura vt valeas.Dat.VI.Id.Apri.Naryci Locridis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VTinam illum diē videam,cum tibi agā gratias,ꝙ me viuere coegiſti. Adhuc equidē valde me pœnitet,ſed te oro,vt ad me Vibonē ſtatim venias,quo ego multis de cauſis cōuerti iter meū.Sed eo ſi veneris,de toto itinere,ac fuga mea conſiliū capere potero:ſi id non feceris,mirabor.ſed confido te eſſe omnino facturum. Vale. Ad me Vibonem venias.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MIſerię noſtrę potius velim,q̃ incōſtantię tribuas,ꝙ a Vibone, quo te arceſſebamus,ſubito diſceſſimus.allata eſt em̄ nobis rogatio de pernicie mea,in qua qđ cōfectū eſſe audieram⁹,erat huiuſmodi,vt mihi vltra quadringēta millia liceret eſſe.Illo cū peruenire nō liceret,ſtatim iter Brunduſium verſus contuli ante diem rogationis,ne & Sicca,apud quē eram,periret, & ꝙ Melitæ eſſe